



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 44. Novi tumultus a quibusdam Parisinæ Facultatis Doctoribus concitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

Sæc. XVIII. qui se palam eidem & cum scandalo opp.
 A.C. 1721. nere præsumperint, juxta legum rigorem
 & patriæ consuetudinem sint castigandi.

§. XLIV.

*Novi tumultus a quibusdam Parisin-
 sis Facultatis Theologicæ Doc-
 ribus concitati.*

Vid. supra t. 70. § 15. Jam supra meminimus, quod Refra-
ctarii Sorbonæ Doctores suorum
pag. 104. numero tumidi doctrinam de infallibili-
& pag. 215 Dorsan. tate Pontificis erroneam esse declara-
Journal t. 7. rint, ac viginti duos Doctores han-
pag. 67. temeritatem eis exprobrantes e suo gre-
 mio excluderint. Rei hujus indignitas
 summopere commovit Philippum Au-
 relianensem Ducem Regni Moderato-
 rem, qui etiam a Rohanio Cardinale,
 aliisque Episcopis impense sollicitatu-
 die nona Januarii ad Parisinæ & Na-
 netensis Facultatis Syndicum literas
 Regio sigillo munitas misit, quibus in-
 junctum, ut proscripti hi Doctores
 nulla mora denuo reciperentur. Pe-
 ruit quidem Facultas Nanetensis,
 tamen suo honori consuleret, Regia
 literas adjecta hac limitatione tabulis
 inseruit: *Sacra Facultas cum veneratione*
Epiſtolam signo Regio obſignatam recepit.
& in commentariis scribi jussit, ut, quo-
par est, debitum Regi obsequium praefet.

Jalvo

salvo tamen jure reparationis a dictis Do- Sæc. XVIII.
ctoribus exigendæ, ob illatam fidei & ho- A.C. 1721.
nori Facultatis injuriam contra tenorem
diplomatum Regiorum, quibus cautum fuit.
ne utraque pars se criminationibus lacesse-
ret, confidens, id æquissimo Principi non
improbatum iri. Minus ad parendum
intenti erant Parisienses; quamvis enim
Jolinus Facultatis Syndicus die prima
Februarii Regias literas in pleno du-
centorum quinquaginta Doctorum con-
fessu prælegi curasset, nihilominus ad-
hucdum deliberatum, qua ratione Re-
gis voluntati satisfacere possent, quin ta-
men decretis a se contra Papam, ejusque
Constitutionem &c. editis derogarent.
Hanc in rem Bourdegalius Soissyensis
Parochus ceteris prior edixit, pare-
ndum quidem esse Regis mandato, cum
tamen multa inter se concilianda hac
in re occurrant, nominandos esse De-
putatos, qui sedulo discuterent, quæ
salvo Facultatis honore fieri possent.
His vix prolatis, quatuor olim expulsi
Doctores Medericus Charton senior Fa-
cultatis Decanus, Dumas, Chenu, &
Hullierus sancti Ludovici Parochus
ultra Aulam ingrediuntur, atque ex
iis Medericus Decani locum occupat.
Oritur tumultus, incondito clamore
perturbantur omnia, & Syndicus hos
Doctores Aula exire jubet, eoquod per
Hist. Eccles. Tom. LXXI. N Re-

Sæc. XVIII. Regias literas deliberandi libertas non
A. C. 1721. esset adempta: His loco cedere renuen-
tibus solvuntur comitia: contra eos
querela defertur ad Regni Regentem,
qui exclusos Doctores in ædibus Docto-
ris Le Moins expectare jussit, donec
Regiae literæ denuo fuissent prælectæ:
Interim Coffinus Universitatis Parisinae
Rector cum suis, pro more candelam
benedictam die secunda Februarii ad
Regem deferebat, cui tamen Rex tam
suppressa voce respondit, ut nihil om-
nino percipi potuerit, Villaregius ta-
men Marecallus maxima vocis conten-
tione: *Audite, inquit, Rex Universi-
tem suo dignabitur patrocinio, si deinceps
ejus jussis magis, quam hucusque, morigen-
eritis;* Rectore promptum spondente
obsequium, Rex literis ad Syndicu-
matis præcepit, ut Facultas die octava
Februarii comitia haberet, cunctosque
Doctores ac inique exclusos rursus ad
gremium suum reciperet. Præstitu-
igitur die Syndicus Regium diploma
prælegi jussit, cunctos hortatus, ut
fine ulla deliberatione Regis mandato
plene obtemperarent. Adhucdum ta-
men pauci tergiversantur, & Faculta-
tis decreta contra Constitutionem edita
confirmari, imo & data occasione
appellationem innovari petunt. Pra-
valente tamen ceterorum numero ex-

CXXII
as non
enuen-
a eos
ntem,
Doc-
donec
leftæ:
arifine
delam
rii ad
ex tam
il on-
as ta-
onten-
versita-
eincep-
origen-
udent-
dicum
octava-
cosque-
sus ad
stituta-
ploma-
s, ut
ndato-
m ta-
cultu-
edita-
asione-
Præ-
ro ex-
cluſi

INNOC.XIII.P. CAROL.VI. ROM.IMP. 195

clusi Doctores recipiebantur, quibus omnibus sua loca repetentibus, Medericus Sæc. XVIII.
Senior exclamabat, dicens: *Pax Christi,*
qua exsuperat omnem sensum, custodiat
corda nostra & intelligentias nostras: Sug-
gerebant duo Doctores, Durieusius &
Parochus ad S. Jacobum, necesse esse,
ut exclusi Doctores Facultatis decreta
palam confirmarent, ne silentium hoc
pro tacita Constitutionis acceptatione,
vel appellationis revocatione habere-
tur: verum his sese opposuit Tourne-
lius, ita differens: vel hæc decreta
respiciunt exclusorum Doctorum gesta,
& hæc ex Regis mandato æterna ob-
livione sepelienda, vel concernunt do-
ctrinam, ejusmodi autem decreis con-
sentire, iniquum esse. Loquentem
Tournelium interceptum tumultuantum
Doctorum pene hostilis vociferatio,
his omnia Facultatis decreta illis
appellationem esse innovandam excla-
mantibus: Hæc Doctorum procacitas
tantopere Regem offendit, ut Sacellen-
sem & Calatensem Parochos, Rolinum,
Abbatem Asfeldium, Chastaignum,
Taburinum, Begonum, Fabrum, P.
Gaffarellum P. Boyerum, P. Viexna-
fium & Fuillonom in exilium amanda-
ret, & quinque aliis Sorbonæ Doctori-
bus Facultatis comitia accedere pro-
hiberet.

A.C. 1721.

N 2

§. XLV.

